



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus Practicus De Casibus Summo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionum Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

1. Obligatio Voti Castitatis sese extendit ad omnes libidinis actus reprime[n]dos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**



Caput VI.  
De Lapsu Carnis.

Synopsis.

- I. Obligatio voti Castitatis.
- II. Lapsus Carnis quid sit.
- III. Consummatio lapsus.
- IV. Quæstio de cogitationib. turpibus.
- V. Quæstio de aspectu libidinoso.

I. Vorum Castitatis Religio-  
sæ non tam ad abstinentiam à cō-  
iugio, eiusvè usu, quàm ad perfe-  
ctam animi corporisque purita-  
tem conseruandam obligat, nè  
vlla venerea voluptas capiatur, id  
est, ab omni actu interno & exter-  
no, qui sit contra Castitatem, v. g. à  
turpibus cogitationibus & dele-  
ctatione morosa, pollutione, tur-  
pi contactu, ab impudico aspectu,  
& ab omnibus iis, quæ aliquo mo-  
do



do Castitati repugnant, cui si quid  
 contrarium admittit Religiosus,  
 perindè peccat mortaliter, ac ve-  
 nialiter, ac sæcularis qui extra  
 Matrimonium constitutus ali-  
 quid huiusmodi patrat, nisi quod  
 Religiosus impuritatem admit-  
 tendi ratione voti, & status non  
 solum Castitatem violet, sed et-  
 iam sacrilegium committat, vel  
 mortale, vel veniale pro qualitate  
 nimirum actus libidinosi. *Ita*  
*Communis.* Sicuti enim extra con-  
 iugium, coniugiique propositum  
 sæcularis constringitur omnimo-  
 dam seruare Castitatem ex præ-  
 cepto communi, ita Religiosus  
 seruare etiam obligatur ex voto,  
 hoc solo discrimine, quod Reli-  
 giosus ex vi voti nullo modo ini-  
 re possit coniugium. Itaque du-  
 plex est Castitas, Perfecta nimi-  
 rum, quæ ab omnibus carnis vo-  
 luptatibus quâ licitis, quâ illi-  
 citis



citis abstinet, cum exclusione nuptiarum, vti est religiosa: Imperfecta altera quæ vel solum ad tempus abstinet, vel à solis illicitis voluptatibus, & licitis moderatè vtitur, v. g. in coniugio, debito loco, tempore, modo & fine.

II. Sub lapsu carnis comprehenduntur [A] omnes actus veneri opere externo cõsummati [B] ac voluntarii [C] iuxta ordinem grauitatis peccatorum luxuriæ, v. g. bestialitatis, coitus cum Dæmone, Sodomia, pollutio voluntaria (aliòqui immunditia, seu mollicies) incæstus, adulterium, stuprũ, simplex fornicatio, quibus addendum sacrilegium quo persona sacra violatur.

[A] Communis. Tann. cum aliis t. 3o d. 3. q. 3. dub. 6.

[B] Bisariam intelligi potest v. ut quodcumq; peccatum libidinis in opere exteriori consummatum significat.